Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

plagas tuas. A fortitudine ma
nus tue ego defeci in increpationibus
p̄ iniquitatem corripuisti hominem.
Et tabescere fecisti sicut aranea
anima eius veritatem uane conturbatur omnis homo. Exaudi orationem meam domine et deprecationem
meam auribus percipe obsecrationem
meam. Ne sileas ame quia ad te
ego sum apud te et peregrinus sicut
omnes patres mei. Remitte mihi
ut refrigerer priusquam abeam et non
ero amplius. In fin. ps. D.

Exspectans exspectaui dominum
et intendit michi. Et ex
audiuit preces meas et eduxit me de lacu miserie et de luto fe
cis. Et statuit super petram pedes
meos et direxit gressus meos. Et
inmisit in os meum canticum nouum
carmen deo nostro. Videbunt multi
et timebunt et sperabunt in domino.
Beatus uir cuius est nomen domini
spes eius et non respexit in uanitates et insanias falsas. Multa fe
cisti tu domine deus meus mirabi
lia tua et cogitationibus tuis non est
qui similis sit tibi. Annuntiauit et
locutus sum multiplicati sunt super
numerum. Sacrificium et oblationem noluisti aures autem perfecisti mihi
holocaustum et pro peccato non uoluisti tunc dixi ecce uenio. In capite
libri scriptum est de me ut facerem
uoluntatem tuam deus meus uolui et legem tuam in medio cordis
mei. Annuntiauit iustitiam tuam
in ecclesia magna ecce labia mea non
prohibebo domine tu scisti. Iustitiam
tuam non abscondi in corde meo. Veritatem tuam et salutare tuum dixi non
abscondi misericordiam tuam et veritatem a consilio multo. Tu autem domine ne
longe facias miserationes tuas a me
misericordia tua et veritas tua semper suscepterunt
me. Quoniam circumdederunt me
mala quorum non est numerus. Com
prehenderunt me iniquitates mee et non
potui ut uiderem. Multiplicate sunt super capillos capitis mei et cor meum
dereliquit me. Complacet tibi domine
ut eruas me domine ad adiuuandum
me respice. Confundantur et re
uereantur simul qui querunt animam
meam ut auferant eam. Conuertantur retrorsum et reuereantur qui que
runt michi mala. Erant confusi
tione confusionem suam qui dicunt mihi
euge euge. Exultent et letentur super
te omnes querentes te et dicant sp
magnificetur dominus qui diligunt
salutare tuum. Ego autem mendicus sum et pauper dominus solicitus
est mihi. Adiutor meus tu es deus
meus ne tardaueris. In fine. ps. D.

Beatus qui intel
ligit super egenum et pauperem
in die mala liberabit eum do
minus. Dominus conseruet eum
et uiuificet eum et beatum faciat eum et non tradat eum in animam
inimicorum eius. Dominus opem
ferat illi super lectum doloris eius. Uniuersum stratum eius uersasti in
firmitate eius. Ego dixi domine
miserere mei sana animam meam qu